Iam offertur alicubi & talis loci oportunitas ſitúsq; ratio, vt detur planicies arctior, quæ hinc palude aut fluento aut vaſtiore alioq; ſtagno, hinc cõtrã abrupta petra aut mõtibus aſperis inuiiſq; in ſublime prę-ſurgẽtibus cõcluſa, vnico accedatur aditu, difficili ob fauces, q̃bus ſepitur & arctioribus & ꝓductioribus iuſto. Huiuſmodi nimirum loci cõmoditatem, aut abhac nõ valde abſimilem nactus princeps, oportunè caſtellum in hunc ferè modum cõmuniet, quo hoſtibus in ſuam deditionem aditum intercludat.

Primò ad planicieí longitudinẽ propius ad rupis ſeu montis radicẽ, q̃ ad paludes aquásue, ad cycli finitionẽ area rotũda circũſcribẽda eſt, quę in ſui diametro ad quadringẽtos pedes latitudinẽ ſortita, A elemento diſtinguatur. Intra hác finitionẽ quàq; verſus id cõmodiſsimè fieri videatur, putei aut ciſterna diligẽtius cõſtructa ordinabitur. Deinde huic areę alia, veluti circulo circulus addetur, ad foſſę alueũ centũ quinquaginta, ſupèr quidẽ centũ & decẽ pedibus craſſa. Quáq̃ ſi murꝰ areæ prioris interior nõ itẽ vt exterior procũbet, ſed ad perpẽdiculũ excitabitur, area hęc ſupèr laxior euadet, quã ſi murus vterq; ſurſũ verſus recumberet. Huius ſpacii finitio, B. litera diſtinguetur. Præterea huic quoq; ſtructuræ introrſũ binæ itiones in ſublimi ex lapide aſtruentur ſubalternæ, quæ teſtudinata porticu opertæ, columnarũq; pilis robuſtiſsimis incũbẽtes, ex ſingulis ferè ędificiis arcẽ circuẽdi facultatẽ pręſtẽt. Deinde ad quatuor harũ itionũ loca mutuò oppoſita totidẽ cocleæ, vt ſingulis ſingulæ cõpetant, ab ima area ad operis vſq; faſtigiũ attollẽtur, ex quibus ad ædiũ ſingulas cõcedátur additus. Ac ſi coclearũ vnã auſtrũ verſus aſtruemus, aſſequemur vt reliquæ in operis ſtructurę q; rationẽ decẽtius magisq; affabrè deueniãt. His ita cõſtitutis & murorum ſubinde ratio expediẽda eſt. Rotũda itaq; area B, quadraginta interductis muris in totidẽ ex æquo ſpacia diuidetur, ex q̃bus (muris inquã) q̃ſq; pedes duodenos in vniuerſũ craſſus, verſus A velut terminũ ducẽdus eſt. Cæterũ ex muris q̃ introrſus aream cingũt, exterior ad ſui radicẽ quindecim pedũ, interior verò nõ ãplius triũ craſſitiẽ ſortietur, vt qui nulli iniuriæ aut oneri ꝓferendo ſit obnoxius. Iã in areis quę paſsim à muris trãſuerſis cõcludũtur, varia ędificationũ genera cõparabimus, nimirũ focos, vaporaria, cõclauia, culinas, & id genus cõſimilia, quibus ad vitã cõmodè tranſigendã vſus erit. Murus extimus, vnde trãſuerſi ducũtur, ſiquidẽ introrſũ recũbet, ꝑ ſingula ædiũ interualla ad inſtar hemicycli attolletur, nõ ſecus atq; teſtudinũ fornices cõcludi aſſolẽt. Hæc enim cõſtructionis forma murũ valide firmẽq; corroborat, mutuis quaſi nixibus ſuſtentatum. Hoc quoque modo eueniet, vt murus antrorſum propter ſui cõcauitates paulò euadat exilior, quà & feneſtræ ipſi interſtrui poterũt, vt robori nihil inde decedat. Nam propugnaculis ad frontem contra miſsilium iniurias perbellè extrinſecus defenditur murus. Denique vniuerſam murorum formam, ſitum, eóſque attollendi rationem antè ſufficiẽter pertractauimus. Cęterũ introrſũ in area ſingulis ędificiis ſingula oſtia aditúſq; aſtruentur, conſimili prorſum forma. Ac pro itionum ambitu, media paſsim inter cocleas oſtia ſingula teſtudinabuntur, ea prorſũ figura, vt à cellæ vinariæ faucibus nihil differant. Hinc enim ſubterranea itinera aguntur ad

equilia